

1251

C O D I C E S

1252

taceam. Sed ad *Hugonem* (non *Vhricum*) de *Argentina* O. P. scriptorem Sec. XIII. pertinere, fat ostenditur in *Scriptt.* praediſi Ordinis T. I. p. 470. De traductore nostro vernaculo non habeo, quod dicam, nisi fortassis is sit *Thomas Dorniberg*, de quo ad *Cod. DCCXXXI.*

II. fol. 391. adscriptum est *Remedium* vel Praeservativum, ut vocant, *contra Pestem* vernaculum, quod incipit: *Hie ist cze wizen ein bewürte ercznei fur den gemainen gepresten. Zum ersten ob sich ein clainen drus hebēt vnder dem uchsē so ist gut ze lätzen auf dem selben arm an der ader die da haizzet Mediana &c.*

CCCXXII.

155 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 57. f. nitide scriptus, minioque distinctus est *Tabula alphabetica in IV. Partes Summae Theologicae Antonini Archiepiscopi Florentini*, non illa, quam concinnavit *Johannes Molitor*, quaeque quibusdam Sec. XV. hujus Summae editionibus adjuncta habetur, sed brevior, hoc Praefationis initio: *Sacra tradente pagina clare patet bonorum laborum semper gloriosum fore fructum &c.* Vocabulum *Christus* pro more illius aevi et ratione scribendi *Xpus*, inter literam V. et Y. quaerendum est. Ad calcem rubrica: *Explicit feliciter anno domini 1485.*

CCCXXIII.

Codex chartaceus lat. Sec. 694 XVI. Folior. 465. 4. nitide scriptus Commentarios varios ad Theologiam Scholasticam pertinentes complectitur; atque I. *Explicationes Reverendi Patris (Franc.) Toledi in 3^{am}. Diui Thomae de Sacramentis Quaest. 60.* In Scholis Romanis exceptae sunt, ubi Vir hic patria *Cordubensis* profitebatur, dum a *Clemente VIII.* primus Jesuitarum a. 1593. ad Cardinalitiam Purpuram adsumeretur. De ejus Scriptis, quorum Scholastica haec inedita sunt, adi *Alegambii Biblioth. S. J.*

II. fol. 61. *Quaestio de Angelis.* Et hanc et subsequas sine Auctoris nomine ad eundem *Toletum* pertinere putem.

III. fol. 176. *In Primæ Secundæ D. Thomae Quaestionem 109^{am}. de Gratia.* Ad calcem legitur: 10^o. Xbris 1566.

IV. fol. 259. *Tractatus de Indulgentiis.* Fine mutilus.

V. fol. 303. *Quaestio XXIII. de Praedestinatione et Quaestio XXIV. de Libro Vitæ.*

VI. fol. 327. absque inscriptione *Tractatus de Trinitate.* Imperfectus.

VII. fol. 414. *Loci Veteris et Noui Testamenti de vita, passione et morte Christi.*

VIII. fol. 430. *Relectio quaedam (quæ est secunda) Francisci de Victoria. De Potestate Ecclesiastica.* Fuit *Franciscus* celebrer O. P.

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 11656

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II. Wien 1794.

1253

D O G M A T I C I.

1254

O. P. Theologus *Salmanticae* 1546. vivis exentus, cujus *Relectiones* XII. teste *Biblioth. Scriptt. Ord. T. II. p. 130.* impressae sunt *Lugd. 1557. 8.* et alibi. Docet Editio mox memorata, Nosfram praesentem eo sensu *Secundam* dici potuisse, quod *Relectionis I.* fit veluti Pars Altera; initium enim est: *In alia Relectione pro anno 1531. differuimus de potestate ecclesiastica ex parte &c.* *Απογοραφον* nostrum reticet hunc annum; ad calcem vero habet: *Rome 26. Augusti. 1566.*

IX. fol. 454. *Relectio Magistri Victoriae de Homicidio, habita in die Sancti Barnabae Apostoli.* Addit Editio supracit. *An scilicet sit fortis uiri occidere se.* Est *Relectio* ordine IX. et in *Cod.* subscribitur: *Anno 1567. 8. Aprilis.*

CCCXXIV.

644 Codex chartaceus lat. Sec. XVII. Folior. 58. 4. inscribitur: *Theoria prima Theologiae in communi.* Subditur: *LECTIO prima Theologica 7^a. die Februarij Anno 1605.* Initium: *Methodi quam in tradendis Scientijs humanis obseruauimus, commoditas et perspicuitas suadet, ut eandem in explicanda Sacra Theologia contemplatrice diuinorum adhibeamus &c.* Magistri verba videntur Iuueni cuidam Principi *εγκυκλοπαιδειαν* tradentis. Methodus porro tabellaris et admodum concinna est, pensis five *LECTIONIBUS* diurnis ad marginem notatis. Auto-
Denis Codd. Theol. V. I. P. II.

res, quibus utitur Noster, post Patres *Pet. Lombardus, Thomas, Scotus, Bannes, Bellarminus, Alph. de Castro, Ge. Ederus, Greg. de Valentia &c.* sunt; sed non progreditur ultra *Theoriam secundam*, quae *Attributorum diuinorum seu Dei absolute* praenotatur. Quid si *Christophorum Labbeum* e S. J. *Virdunensem* dicas, qui *Leopoldum Caroli Styriaci* filium Ep. *Passaviensem Graecii* literis humanioribus et Philosophia a se imbutum Theologicis deinceps disciplinis formandum anno supra dicto *Passauium* comitatus ibidem a. 1607. occubuit, septennio in instituyendo hoc Archiduce versatus, ut docet *Lustrum IV. et V. Uniuersit. Graecensis* editum *Graecii* 1720. 12. Vide *Cod. DCLXXVI.*

CCCXXV.

Codex membraneus lat. Sec. 723 XVII. Folior. 17. 4. eleganter scriptus, et symbolicam Virtutum *Ferdinandi III.* Rom. Imp. Picturam praefereus Theses ex uniuersa Theologia complectitur sub ejusdem Principis auspiciis in Academia *Ingolstadiensi* pro consequendis Doctoris Insignibus publicae discussioni subiectas a *Matthia Doll* Caesari a Sacris, qui eundem in *Praef.* inter alia ita adloquitur: *primum meum Sacrificium in tua aliorumque Magnatum praesentia bisce Comitibus Deo a me offerri permisisti.* Comitibus haec a Decembri 1652. ad Majum 1654. *Ratisbonae* tenuere.
D Si